Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1061791

Beiheft
S 204 ff.

x)
iuxta Grollo ...
Gertrude filia
Johannis de Enschede ac Gertrudis Dunherincges in reconcambium... 2) Vredensi anno Domini MCCCLII die sancti Dyonisii.

2) Pergament zerstört.

Fortsetzung Karte V

IV

Item Gerhardus Wenterswich nominatus vel dictus de Esscedorpe restituit [1])Thidericum Veldikenssone [1]) in reconcambium pro semetipso, quem Thidericum rector ecclesie in Winterswic dedit officiato in Bredervort.

Item pro Nela sorore Henrici thon Hondorpe Lambertus dictus Bachus nomine domini Reyneri de Borclo restituit Lubertum thon Gheyshore.

Item nota: pro Hermanno Stemerinc, nunc dicto tor Venterhorst, fuerunt ecclesie dati Ludolphus thor Hup et Jutta thon Watercampen et eius filia tunc parvula.

Item nota: Ludolphus thor Hup, qui pro tempore morabatur in casa dicta thor Hup in Steynhorne iuxta Bocholte, dicitur ecclesie attinere, prout Rodolphus de Spoldere in Rede michi asseruit; contraxit matrimonium et moratur in Bocholte. Iste Ludolphus datus est pro Henrico Grande pro Cristina uxore Willikini dicti Clappestachtinc in parrochia Bocholte.

Item nota: Gertrudis filia Wesseli Wennync data per Bernardum de Rede pro Lisa filia Luberti Boync fuit ulterius data pro Henrico filio Rodolphi de Spoldere, colono Pledikinc, Adolpho de Rede.

Item Wilhelmus thor Borch et Johannes scultetus tho Micste dicunt, quod quidam dictus scilicet Presbiter et scultetus de Ratmen et Gerhardus Nienhus receperunt Lummen et Johannem coram iudicio Winterswic alumpnum Wilhelmi thor Borch et litones; et Lummodis moratur iuxta domum Mechildis Theracen (?). Scultetus de Micste scit ista et Hermannus emit, prout dicitur, Johannem et Lummodim de Scar erga Wilhelmum de Heckeren, qui dedit eos Wilhelmo thor Borch, qui ulterius eos vendidit Johanni et Gerhardo infrascriptis, qui eos pro se ecclesie dicuntur dedysse.

Item Lumodis et Johannes eius frater, pueri Gertrudis de Scar, dati sunt ecclesie, prout asserunt, pro Johanne et Gerhardo filiis Gertrudis Monnync; cuius hereditatem acceperint, occasione hereditatis, prout dicit scultetus de Micste et Wilhelmus thor [Borch] dicit se, ut darentur, ipsos Johannem et Lummodim emisse erga Thidericum Wilhelmi (?), et dicitur, quod dicti dederint X marcas, ut fierent liberi, et Lummodim et Johannem in reconcambium.

De permutationibus.

Officium Rinensce.

Nota: Gerhardus dictus Veldiken in Wintersvic, filius Wilhelmi de Etschedorpe, quondam fuerat manumissus [per] Thidericum dictum Veldiken, quem postea Johannes, natus domini Rodolphi plebani quondam in Lecden, in Wintersvic gerens vices plebani, ibidem dictum Thidericum permutavit Gerh[ardo] de Bermetvelde offi[ciato in Breder]vort.

Item pro Stina illegitima filia Delsen Wenync uxoris quondam Brunonis coloni . . .[2]) in parrochia Boch[olte] . . .[2]) Mechildis Hecscelinc thon Sconencampe in Rede, super qua dicta relicta prestet warandiam.

Item Henricum Kesingessoene morantem pronunc in legione Belteren x

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007